

Sicut licet sibi dubio. d. 39. q. vnica, art. 1. in solutione ad. 3. in fine. Nauar. summa. c. 2. nu. 48. & lib. 1. coll. in 1. editione tit. de pactis. conf. 4. nu. 5. in 2. vero sub aliquo dubio. lib. 3. tit. de conuers. infidelium. col. 2. nu. 5. Ledesma. 2. p. 4. q. 6. art. 2. paulo post principium. Gaeta repetitione. c. ad limina. 30. q. in §. 4. nu. 435. Antonius Cucus lib. 5. in tit. maiorum tit. 12. nu. 102. Veracruz. 1. p. specul. art. 3. 2. in probatione. 2. o. ctava conclusionis. Palacios. 4. d. 39. disp. vnica. fol. 906. col. 1. vers. scito tamen, & d. 42. disp. vnica. fol. 916. col. 1. vers. & demum. Quidam. 4. d. 39. disp. vnica. propositione. 7. Angles Floribus. 1. p. de mat. q. 13. de imped. d. consanguin. art. 3. d. ffic. 4. Enriquez lib. 12. de mat. c. 1. nu. 4. Petrus de Ledesma de mat. q. 50. art. 1. dubio. 1. in corollario quod ex. 2. conclusionem infert, & q. 59. art. 2. ante dubium. 1. §. ex dictis sequitur. Ludouicus Lopez. 2. p. instruct. de mat. c. 52. col. 3. notabili. 1. Emanuel Sa summa verb. matrimonium, ubi de impedimentis dirimentibus nu. 18. Vega. 2. tom. summae c. 3. 4. casu. 19. & 139. Manuel. 1. tom. summae 2. edition. c. 230. nu. 1. ¶ Vnde fit infideles hos qui cum impedimento dirimenti iuxta eorum leges, matrimonium inire, cui ad fidem redierint, iterum debere id matrimonium celebrare, si in eo persistere velint. Cum prius fuerit nullum. Sic Sotus, Angles, Emanuel Sa, Manuel proximè citati. ¶ Quod si roges, vnde discernendum sit, an id impedimentum sit dirimens apud eos, an potius impediens solum? Sotus proximè citatus dicit ex consuetudine apud eos obseruata, id deducendum esse: videndumque an inter eos ita ea lex obseruetur, vt matrimonium aduersus eam initum reputetur nullum. Quod si de eo vtu non constet, existimo iudicandum esse iuxta regulas traditas disput. precedenti. nu. 9. & sequentibus.

6 Excipit tamen Hebraeorum rempublica, cum enim hodie non sit libera, nec Principem habeat, nequit matrimonij impedimentum statuere: & statuta lege Moyse Leuitici 18. expirant cum illa lege. per Christi passionem. Sic Sotus, & Manuel nu. precedenti allegati. Nauar. lib. 3. conf. in 2. edition. tit. de conuers. infidelium. conf. 1. nu. 4. Vega. 2. tom. summae. c. 34. casu. 129. Subdit bene Sotus, si Iudæi quando ante passionem Christi, rempublicam liberam habebat, impedimentum dirimens statuisent, hodie durare. Quia illæ leges secularis reipublice non sunt abolitæ per Christum. Idemque docet

Ledesma. 2. p. 4. q. 6. art. 2. col. 2. Vnde fit minime audiendum esse. Enriquez lib. 12. de mat. c. 1. nu. 5. dicentem nunc apud infideles Iudæos. qui lege Moysi volunt impiè gubernari, esse irritum matrimonium prohibitum Leuit. 18. quod si vterque cõiux ad fidem conuertatur, Ecclesiam permittet re vt ex dispensatione in eò matrimonio permanent. Quia illa lex Moyse profus extincta illos minime alstringere potest. Nec de ea Ecclesie dispensatione constat. ¶ Nec similiter est audiendus Palacios. 4. d. 39. disp. vnica. fol. 906. col. 1. vers. scito tamen, ubi æquiparat Iudæos alijs infidelibus, quoad matrimonij impedimenta stabilitenda. Quod ex dictis minus esse verum, facile conuincitur.

7 Id verò monuerim, fideles subditos infidelibus Principibus, vt pote qui eorum oppida inhabitant, alstringi legibus eorum iuris irritantibus matrimoniis, in omnibus ijs casibus, in quibus ad alias eorum leges tenentur. Quare si eum ad dirimentum impedimento contrahant, erit nullum matrimonium. Quia ratio sacramenti superaddita matrimonio fidelium, non impedit in Principibus potestatem impedimenta dirimentia statuendi, sed sola reseruat. Pontificis (vt diximus nu. 2.) Quæ ad Principes infideles extendi nequit, vt nu. 5. probauimus.

8 Tertio deducitur, posse similiter Principem seculari fidele infidelibus sibi subditis, impedimenta matrimonium dirimentia statuere. Quia si possit Princeps infidelis, cur non poterit fidelis? Nec reseruatio Pontificis, de qua nu. 4. meminimus, est respectu infidelium, cum matrimonium horum non sit sacramentum, ac proinde non militet in eis ratio reseruatiõis. Atque ita tenent Abulensis. 1. regum. 8. q. 177. sine. Ledesma 2. p. 4. q. 6. art. 2. col. 3. qui manifestè etiam sentit impedimenta ab Ecclesia hæcenus statuta, comprehendere omnes infideles. Principibus Christianis subiectos. Quoniam ijs subijciuntur Ecclesie, quæ dum ea stabilitur, minime eximit infideles. Quod alienum est à veritate. Nam Pontifex ea impedimenta non decernit vt dominus temporalis, sic enim non possit in tota Ecclesia, sed vt caput spirituale, & vt sic nullam habet iurisdictionem super infideles. Possit autem vt dominus temporalis in locis suæ iurisdictionis statuere impedimenta infidelibus sibi temporaliter subditis, vt diximus hoc lib. disp. 1. nu. 3.

9 Quarto deducitur, si infideles Principibus

Christianis subiecti velint matrimonium inter se inire, & opponatur impedimentum: aut contendant matrimonium fidei initum esse inualidum: aut diuortium petant ratione adulterij, aut seuitiæ, nullo modo esse iudicem ecclesiasticum ad eundem, sed solum secularem esse competentem. Quia contractus est merè temporalis, & iurisdictionis secularis, nec infideles iurisdictioni ecclesiasticæ subijciunt. Quod si iam alter coniugum ad fidem redierit, actor debet sequi forum rei, ac proinde si infidelis agat ad diuortium, vel ad nullitatem matrimonij, debet conuenire fidelem coram iudice ecclesiastico, qui in causa matrimonij est iudex fidelium: ubi verò fidelis sit actor, debet infidelem conuenire coram iudice seculari, qui est eius iudex. Cum semper actor forum rei sequatur. C. si clericus, & c. cum sit generale, de foro comp. Quod si neuter agat, sed quidam tertius id matrimonium denūciasset fuisse nullum, existimo solum iudicem ecclesiasticum esse competentem. Quia dignus debet trahere ad se minus dignum. c. non astimemus. 13. q. 2. & l. quæ religiosis. ff. de rei vendic. At constat dignius esse matrimonium ex parte fidelis, in quo esse quoddam spirituale habet.

10 Tandem deducitur, si fidelis contrahat matrimonium apud infideles, apud quos do-

micilium habet, cum impedimento aliquo dirimenti ab Ecclesia inducto, matrimonium fore nullum. Quia leges Ecclesiasticæ vbiq; terrarum fideles alstringunt. At secus erit dicendum, si infidelis contrahat extra patriam in loco Principi Christiano subdito, aut alii principi infideli, cum impedimento dirimenti statuto à suo solo Principe. Quia non alstringitur legibus suæ patriæ extra illam (vt latè probauit lib. 3. disp. 18. nu. 18.) Dixi, à suo solo Principe, quia si etiam esset impedimentum dirimens sancitum à Principe loci in quo contrahit, non valeret. Quia peregrini alstringuntur legibus communibus suæ patriæ, & loco in quo reperitur (vt probauit eisdem lib. 3. disp. 18. nu. 17.) Si autem esset ab Ecclesia inductum illud impedimentum in loco fidelium, ubi infidelis contrahit, & in suo oppido à Principe infideli, valeret matrimonium. Quia lex illa Ecclesiastica non est generalis in illo oppido, sed solos fideles alstringit.

11 Ad argumenta nu. 1. proposita constat ex dictis. Nam omnes textus ibi relati, probant hodie id non posse Principem fidele: quod Pontifex sibi reseruaret. Quod num. 4. falsum est. Et matrimonium esse sacramentum non obstat quominus id possit Princeps, nisi Pontifex sibi reseruasset, vt num. 2. probauimus.

DISPUTATIO QUARTA.

An consuetudo efficax sit ad reddendos quospiam inhables ad matrimonium, inducendo noua impedimenta dirimentia: aut habiles, qui iure canonico inhables erant, abolendo aliquot impedimenta dirimentia iuris?

SVMMARIVM.

Propositur c. 1. & c. super eo, de cogn. spir. 6. 7. 8. 9. & 10. Et c. quod super, de consanguin. que in hac re significatam ingerunt, nu. 1. Consuetudo nullas vires obtinet ad dissoluendum matrimonium legitimum, nu. 2. Potesit consuetudo à Papa approbata, inducere impedimenta dirimentia, ac inducta abolere, nu. 3. Consuetudo potest impedire ad tempus, & efficere vt ad tempus separetur nu. 4. Proponuntur duæ quæstiones disputandæ, nu. 5. Vtrum consuetudo possit inducere noua impedimenta matrimonium dirimentia? Reseruetur vna sententia: & varij modi interpre-

tandi textuum. c. super eo, de cognat. spir. nu. 6. 7. 8. 9. & 10. Explicatur sententia Authoris, & c. 1. de spons. & qualis consuetudo desideretur ad derogandum iuri Ecclesiastico, nu. 11. Soluuntur argumenta, nu. 12. An consuetudo possit aliquod dirimens impedimentum abolere? Reseruetur quedam sententia, nu. 13. Proponitur sententia authoris. Et explicatur qualis consuetudo dicatur rationi consona, vt legi deroget. Et an reseruetur à lege consuetudine, possit noua induci aduersus illam legem: & desideretur in hoc speciali: euentus sententia Principis: & c. super eo, q. 3. posteri adu-

consuetudine, quantum illis non confer de in
sta causa illius inducenda. Et ex temporis
distantiis presumatur in sum in sum,
nu. 1. 4.
Soluntur argumenta, nu. 1. 5.

Non modica est confusio, & diuer-
sitas opinandi apud Doctores in
hac disputatione: cuius rei ansam
præbet tres textus: quorum duo
manifeste decidunt, nulla consuetudine induci
posse, ut iure inhabiles ad inendum
matrimonium, habiles efficiantur. Quod
est dicere, nullum impedimentum iure cano-
nico dirimens matrimonium, posse contra-
ria consuetudine abrogari. Primus textus
est. c. quod super, in fine, de consanguin.
ibi. Ne autem infra gradus prohibitos
matrimonium contrahatur, de his publicè inhi-
bere. & presumpores Ecclesiastica distinc-
tione pariter, non obstante consuetudine, que di-
cenda est potius corruptela. Secundus est. c.
super eo, in priori sui parte, de cognat. spi-
rit. ibi. Respondemus, quod si tales filii fuerunt,
per quorum alterum, vel utrumque parentes ad
comparitatem venerunt, eos coniungi nulla
ratione sustineas. & coniunctos Pontificali au-
thoritate non differas separare. Tertius textus
est. c. de cognat. spirituali, iuncto eodem
dem. c. super eo, in posteriori sui parte. Na
eo. c. super eo, sic dicitur. Si per neutrum eor-
um ad comparitatem ventum fuerit, de his
te volumus consuetudinem tunc Metropolitana
Ecclesia, vel aliarum circumpositarum inqui-
rere. & diligentius imitari: ita quod si eius-
dem Ecclesie consuetudo habeas, inter eos non
sustinere coniugium fieri, nec factum firmitatis
roborem habere, tu simili modo in Ecclesia tibi
commissa, coniugium huiusmodi fieri non per-
mittas & si quos taliter coniunctos inuenieris,
iuxta eorundem Ecclesiarum consuetudinem
ipfos separare ab invicem non omittas. Et cap.
1. de cognat. spirit. relato eodem casu,
& statuto matrimonium consistere posse
inter eos duorum comparitum filios, quo-
rum neuter causa fuit comparitatis, subdi-
ditur. Nisi consuetudo Ecclesie que scandalum
generat, aliter se habere nescatur. In quo ap-
paret manifesta repugnantia: si enim con-
suetudo vim habet inducendi impedimen-
tum dirimens, ut hi duo textus aperte deci-
dunt: cur eadem virtute carebit impedimen-
tum dirimens iure canonico inductum au-
ferendi? Quod priores textus negant. Cum
in vitroque euentu solum ius ecclesiasticum
videatur consuetudini resistere: quod vel

id impedimentum novum minime indi-
xit, vel impedimentum auferendum statuit.
Quamobrem Doctores, varios interpreta-
di modos adiuuere. Et ut clarior proce-
dam, ea in quibus omnes ij cōueniunt, præ-
mittam: deinceps vtramque, quæstionē seor-
sum disputabo, & præmissis aliorum sen-
tentijs, meam in medium proferam.

Primò igitur conuenit inter Doctores,
consuetudinem quocumque scandalo adiu-
tam, nullas vires fortin ad dissoluendum
matrimonium semel legitime in sum: ut
pote quod est vinculum iuris naturalis, &
diuini. Nec ob scandalum à veritate iuris di-
uini recedendum est. cap. 2. de operis noui
nunciat. regula, qui scandalizauerit, de re-
gulis iuris. Constat etiam ex. cap. finali, de
sponsa duorum, vbi definitur nõ standum esse
consuetudine, ut spretio priori matrimo-
nio rato, perlicitur in posteriori consum-
mato. Atque ita docent Glossa. c. 1. de cog-
nat. spirit. verb. nisi consuetudo, Abbas. c.
super eo. n. vltim. eodem tit. & ibi Alexan-
der de Neuo. nu. 10. Præpositus. s. nu. 4. Brun-
nellus de sponsalibus. concl. 20. nu. 8. An-
gellus matrimonium. 3. impedimento. 17. n.
1. Sylu. matrimonium. 2. q. 3.

Secundò concordēs sunt, posse consue-
tudinē à Pontifice approbatā, induci impe-
dimenta, matrimonium postea contractum
dirimentia, atque iure canonico statuta auferri.
Quoniam ea consuetudo habet vim con-
stitutionis Pontificiæ. Ita Hostiensis. c. fin.
nu. 1. de sponsa duorum, & c. 1. de consang.
& aff. in fine. Et summa ti. de cognat. spi-
rit. §. quis sit effectus. nu. 6. Henricus. c. 1. nu.
fin. de spons. Albericus in suo dictionario,
litter. l. verb. impedimentum. i. vers. an ali-
qua consuetudo. Astenis summa. 2. p. lib.
8. tit. 18. art. vnic. q. 4. ad finem. Turrecr.
c. placuit. d. 32. ar. 2. nu. 13. Tabien. verb. im-
pedimentum. 1. in communi. q. 4. Sylu. ma-
trimonium. 2. q. 3. Gaeta repetitione. e. ad
limina. 30. q. 1. §. 4. nu. 80. & 296. Ioan. de
Friburgo summa confess. lib. 4. tit. 3. q. 2.

Tertiò fatentur omnes valere consue-
tudinē ad tēpus impedientē matrimonium,
& separantē ad tēpus, non eo quod inuadi-
dū sit, sed in pœnam, quod aduersus prohi-
bitionem in sum sit. Quippe prohibitio con-
suetudinis tantū valet, quātum prohibitio
hominis, sed contrahere valet, & separatur
ad tēpus: ergo cōtra prohibitionē consue-
tudinis similem dicte hominis prohibitio-
ni. Atque ita docent Anton. c. super eo, in fi-
ne, de cogna. spirit. & ibi Abbas nu. 6. Alex.

de Neuo. n. 16. Præpos. nu. 4. & c. 1. in fine,
eodem tit. Ang. & Syl. citati. n. 2. sine, Brun-
nellus de spons. concl. 20. nu. 9.

Duplex autem quæstio conuertitur.
Prior est, de efficacia cōsuetudinis ad noua
matrimonij impedimenta dirimentia statu-
da. Posterior, de eiusdem potentia ad impe-
dimenta iuris canonici abroganda.

Quæstio prior, an consuetudo eas vires
habeat, ut possit noua impedimenta matri-
monium dirimentia statuere, ac eos redde-
re inhabiles ad matrimonium, qui iure cano-
nico attentio habiles erant? Maxime discor-
des in hac re inuenio Doctores. Et difficul-
tas versatur circa intelligentiam textus. c.
super eo, de cognat. spirit. in secunda sui
parte, vbi (ut nu. 1. vidimus) eas vires con-
suetudini tribuere videtur. Primus inter-
pretandi modus est, ut consuetudo eam vim
minime habeat, nisi à Pontifice approbata
sit. Quare cum. d. cap. super eo, approbetur
consuetudo inhabiles efficiens ad matrimo-
nium filios duorum comparitum, per quo-
rum neutrum comparitatis est contracta,
in eo solo casu eas vires obtinebit consue-
tudo, nec ad similes casus protrahi debet.
Ex quo fit nullus esse roboris consuetudi-
nem, ut quinto consanguinitatis gradu se
attinentes non possent valido matrimonio
copulari, quia desideratur approbatio Pon-
tificis, quæ in solo casu prædicto reperitur.

Deinde, quia Doctores contrarij admit-
tunt, non posse consuetudine effici habiles
ad matrimonium, qui iure inhabiles sunt:
quo dato, manifestum absurdum consequi
videtur, non concedendo similiter nequire
reddere consuetudinem inhabiles, qui iure
habiles sunt: id nimirum, ut fatendum sit cō-
suetudinem nullo adminiculo adiuta pos-
se vincere duplex ius sibi resistens: cum ta-
men eadē consuetudo cū externo admini-
culo nequeat vincum ius ex illis superare.
Quoniam consuetudo reddens inhabiles qui
iure canonico habiles erant, omni adminicu-
lo destituta pugnat aduersus ius naturale,
& canonicum sibi resistentia, quæ id matri-
monium permittebant. Quod si negemus
consuetudini, eam nequire efficere habiles
ad matrimonium, qui iure canonico inhabi-
les sunt, consuetudo iure naturali id matri-
monium permittente associata, nequibit so-
lū ius canonicū sibi obstando vincere, vnde
duo manifesta absurda consequuntur. Prius,
ut plus possit cōsuetudo cōtra ius natura-
le, ac Dei, permittens matrimonium, quā cōtra
statutum Pontificis id prohibens. Cum ta-

men verissimū sit consuetudine vinci posse
iure humanum, non tamen diuinū, & natu-
rale. c. licet ex quadā, de testibus. Poste-
rius est, ut res debilius fortius operetur,
quàm ipsamet adminiculo alio roborata:
contra. c. inter corporalia, de transl. præ-
lat. ut igitur hæc absurda caueantur, faten-
dum necessarium est, consuetudinem Pontifi-
cia approbatione destitutam, non posse in-
habiles quospiam ad matrimonium effice-
rescitur communitè fatentur Doctores nõ
posse habiles reddere. Atque ita suffinet Ho-
stiensis. c. quod super, in fine, de cōsang. &
aff. iuncto. c. super eo, de cognat. spirit.
nu. 5. paulo post principium, super verb. nõ
omittas, & summa, tit. de cognat. spirit. §.
quis fit effectus, nu. 6. Rosella dicens consue-
tudinē esse sententiam verb. impedimen-
tum, impedimento. i. nu. 7. Sylu. matrimo-
nium. 2. q. 3. in fine.

Secundus interpretandi modus est, ut
cōsuetudo nullas vires obtineat, ut inhabi-
les alios ad matrimonium reddat: at si cō-
suetudinem mixtam clericorum, & laicorum
comitetur scandalum, quod ex eo cōtracto
aduersus consuetudinis prohibitionem sub-
oretur: id matrimonium erit irritum, non
ratione consuetudinis, sed quod canones
ipsi cum scandalo coniugii iniri minime to-
lerent. Dicitur, quia non apparet cur con-
suetudo possit inhabiles reddere, quibus
ius canonicum matrimonium permittit: cū
tamen non valeat habiles efficere quibus
idem ius matrimonium interdicit: & si
prius admittatur, posteriori sane admitten-
dum est. Quod est contra textum aperte
simum. c. quod super, in fine, de cōsangui-
& aff. Sic Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10.
nu. 18. Ludouicus Lopez. 2. p. instr. de ma-
trim. c. 46. col. 5. §. deinde dubitare. Enri-
quez lib. 12. de matrim. c. 1. nu. 5. in textu,
iuncto commento, littera. A. subditque: olim
ita fuisse, iam tamen hodie cessare.

Tertius modus est, ut consuetudo gau-
deat viribus, inhabiles reddēdi ad matrimo-
nium, quibus iure canonico cōtrahere per-
mitterebatur, si consuetudinem comitetur
scandalum, quod ex matrimonio in sum pul-
lularct. Dicitur, quoniam conceditur cō-
suetudini ut efficere possit quæpiã inep-
tum ad matrimonium spirituale, nimirum,
ad beneficium obtinendum. c. cum olim,
iuncta Glossa finali, de cleric. coniug. Poterit
ergo idem, ad matrimonium carnale. Va-
lidē enim dicitur argumentum à matri-
monio spirituali ad carnale, ut probat Eue-

rardus in suis topicis, loco à matrimonio spirituali. n. 3. Præterea, quod id decidi videtur. c. super eo, in fine, de cognat. spirit. & quantis ibi solus consuetudinis mention fiat, at. c. i. eod. rit. in fine, consuetudini scandalum adijcitur, tanquam requisitum, ut hunc effectum ea operatur. Et quantis vterq; textus loquatur in casu speciali, quo matrimonio iunguntur filij duorum compatrium, quibus nullo iure matrimonium prohibetur, at id extendendum est ad omnes alios euentus, in quibus nullum aliud matrimonij impedimentum intercedit, præter consuetudinem scdalo comitatam. Vt si hæc obtrinerit, quinto consanguinitatis gradu coniunctos non posse valido matrimonio vinciri. Quippe eadem militatio, nec præfatus casus relatus est. d. c. super eo, ad illius decisionem restringendam, sed gratia exempli, quod minime regulam ardet. l. 1. §. quod vulgò. ff. de vi, & vi arm. Ita sentiunt Glossa, c. finali verb. cognouissent, de sponsa duorum, & c. cum olim, in fine, de cleric. coniug. & c. super eo, verb. consuetudo, de cognat. spirit. & c. quod super. verb. non obstant, de consang. & aff. fin. Anton. dist. c. super eo, in fine & c. 1. in fine, de cognat. spirit. & c. quod dilectio. nu. 10. de consang. & aff. Abbas. d. c. quod super. n. 4. & d. c. super eo. n. 4. & d. c. 1. nu. 3. Præpositus c. quod dilectio, de consang. & aff. nu. 7. & d. c. super eo. nu. 6. Alexander de Neuo d. c. quod super. n. 7. & 8. & d. c. super eo. nu. 18. & 19. & d. c. 1. nu. 3. Angelus matrimonium 3. impedimento 17. num. 1. Rauennas tractatu de consuetudine, sectione 1. in fine. Vincentius, & Goffredus relati ab Abbate. Brunellus de sponsa duorum, conclusionem 20. n. 8. Supplementum Gabrielis 4. d. 42. q. 1. ar. 3. dubio 5. Guillermus Borrillong. 4. dist. 42. q. vnica, art. 2. corollario 1. Driedo de libert. Christiana, in mea editione, lib. 1. c. 1. ad finem (in alijs enim editionibus aliter solet citari.) Natur. summa Latina, & Hispana. c. 22. n. 73. fine, sed latina, confusè, & valde succinctè, Hispana verò clariùs, addens desiderari, vt sequatur scandalum, non solum ex contractione matrimonij, sed etiam ex perseverantia in illo. Villalobos in arario communium opinionum, littera. C. verb. consuetudo nume. 260. Hanc autem sententiam non ita late vt proposui, explicant omnes hi doctores, nam aliqui non meminere scandalum, vt Guillermus, Borrillong, Rauennas, Vincentius, Goffredus, Driedo, Villalo-

bus. At illius ceteri meminere. Præterea extensionem illam ad cetera impedimenta, vt si consuetudo dirimat in quinto consanguinitatis gradu, explicant Glossa (quantis hæc sub dubio, dicens forte ita esse), c. super eo verb. consuetudo, de cognat. spirit. & ibi Abbas nu. 6. Alex. de Neuo. nu. 18. ante finem Rauennas, Driedo, Brunellus proximè citati. Quam ceteri allegati subicerunt. Rursus discordant hi doctores, quia aliqui ex illis eam extensionem non generaliter admittunt, sed in exemplo posito à Glossa, de prohibitione matrimonij in quinto consanguinitatis gradu. Quia in eo concurrit cum consuetudine admniculum iuris antiqui, quod in eo gradu matrimonium dirimebat. Vnde aut non sufficere consuetudinem cum scandalo ad inhabilem reddendum quempiam ad matrimonium, extra casum expressum dist. c. super eo, inter filios duorum compatrium, per quorum neutrum deuentum est ad compaternitatem, nisi consuetudo illa iuuetur aliquo iure, quod idem matrimonium interdiceret. Sic Glossa d. super eo verb. consuetudo. Anton. in fine. & c. quod dilectio. num. 10. de consang. & aff. vbi Præpositus. nu. 7. Alex. de Neuo. d. c. super eo. nu. 18. & 19. Angelus matrimonium 3. impedimento. 17. nu. 1. Sylu. matrimonium 2. q. 3. Alij autem id iuris admniculum minime possunt, sed consuetudine cum scandalo contenti sunt. Ita Abbas. d. c. super eo. nu. 6. quantis enim id expressè non addit, at ex secunda ratione qua hanc sententiam confirmat, clarè colligitur eum esse huius sententia. Et ita pro ea illum referunt Alexander de Neuo, Angelus, & Sylu. proximè allegati.

Quartus interpretandus modus est, vt consuetudo nequeat aliquos reddere inhabiles ad matrimonium, nisi à Pontifice approbetur. Quia cum inferior, potestare in superiorem careat. c. cum inferior, de maior. & obed. consuetudo quæ Pontifice inferior est, nequit circa hoc disponere, quod ius sibi Pontifici referuauit. (vt diximus disp. præcedenti nu. 4.) Secundo idè probat. c. 1. de sponsal. vbi Callus contentens matrimonium à se initum aduersus Gallicam consuetudinem fore irritum: (sic enim explicat ibi Glossa verb. lege,) damnatur vt ad uxorem redeat, ea consuetudine minime obstanti. Ex quo textu colligit Abbas ibi. nu. 3. omissionem consuetudi-

nis patriæ non vitare matrimonium. Et Innoc. ibi, in fine, Host. paulò post principij, super verbo, super induxit. Ioan. Andr. n. 5. Cardin. n. 5. Præpositus. nu. 7. vers. circa primu, colligit ex eodem textu, nullas esse consuetudinis vires circa matrimonij substantiam. Et reddit Cardin. ratione, quia consuetudo est iuris positiuus, ideo non potest tollere matrimonium quod surgit à iure diuino. Non ergo poterit consuetudo aliquos inhabiles efficere ad matrimonium. Id enim substantiam matrimonij lædere. Sic tenent Calderin. c. fin. de sponsa duorum, què ibi refert, & sequitur Alexander de Neuo. nu. 23. Paulud. 4. d. 26. q. 3. ar. 3. concl. 2. nu. 13.

Ultimus modus est, vt valeat consuetudo impedire matrimonium, non tamè dirimere, sed ad tempus separabitur in pena. Sic Glossa finalis. cap. 1. de cognat. spirit. Goffredus summa, eodè tit. nu. 5. Innoc. c. super eo. n. vnico, eodè tit. Albericus in suo dictionario, littera. I. verb. impedimentu. 1. vers. an aliqua consuetudo. Archid. c. placuit nu. 2. d. 3. & ibi Turres. ar. 2. nu. 12. Ioan. Andr. c. quod super, in fine, de consang. & aff. in. & ibi Anchar. fine. Astenis summa. 2. p. lib. 8. tit. 18. ar. vnico. q. 4. ad finem. Tabiena. verb. impedimentum. 1. in communi. q. 4. nu. 5. Vigerius lib. instit. c. 16. §. 7. vers. 8. impedimento sexto. Gaeta repetitione. c. ad limina. §. o. q. 1. §. 4. n. 296. Anton. Cucus lib. 5. instit. maiorum tit. 12. nu. 35.

Sed vt meam sententiam explicem, existimo consuetudinem legitime præscriptam, ac rationi consonam, qualis petitur, c. finali, de consuetudin. ad legem statuendam, & statutam derogandam, vires habere inducendi nouum impedimentum dirimens, ac subinde matrimonium aduersus eam consuetudinem initum, esse nullum: idque solum consuetudinem posse, absq; scandalo, & admniculo alterius iuris, nec ad eam inducendam desiderari scientiam Pontificis, sed eo ignorante, posse talem consuetudinem legitime præscribi, suamque operari effectum, dummodo sit consuetudo mixta clericorum, & laicorum. Singule partes probanda sunt. Et in primis quatenus assero consuetudinem eas vires habere, conuenit cum Doctores tertie sententia relatis nu. 8. Idemque docet Petrus Sotus lect. 4. de matrim. ad finem. Albertus Pighius in suis controuersijs, controuersia. 15. ad finem. Abulensis tractans inter infideles. 1. Regu 8. quaest. 175. vers. dicendum quod non. Et quantus Doctores maior pars ex ijs quos

nu. 8. retuli, petat consuetudinem scandalo comitatam, & admniculo iuris antiqui adiutam, at aliquos annotati ibi eam conditionem non exigere: sicut nec illius meminere Doctores proximè citati. Quamuis fatear me nullum inuenisse, qui expressè asserat id scandalum non desiderari. Ducor tamè ad id asserendum: quoniam id generale est, vt consuetudo quævis nequeat iuri diuino, & naturali derogare, possit tamen addere, diminuerè, & distinguere: vt tradit Innoc. communiter receptus cap. finali, statim in principio, de consuetud. per illum textum, qui expressè generaliter decidit, posse consuetudinem rationi consonam, ac legitime præscriptam, iuri positiuo derogare, antiquam legem abrogando, atque nouam statuendo: nec petitur ibi, vt consuetudinem scandalum comitetur. Cui ergo possit consuetudo leges alias Ecclesiasticas stabilire, atque ea consuetudo legitime introduca obligari, vt circa ieiunium nouum, festum nouum, reddendum inhabilem quempiam ad beneficium cap. cum olim, de clericor. coniug. cur non poterit nouum matrimonij impedimentum dirimens inducere, eo pacto quo id posset noua lex Ecclesiastica? Dices id sibi Pontificem referuasse (prout dixi disp. præcedenti nu. 4.) Fateor id sibi Pontificem referuasse, ne potestas secularis, leges circa matrimonium dirimendum indicerè posset: at minime interdixit quin id posset consuetudo, quæ vires habet ad legem etiam Ecclesiasticam statuendam. Præterea, quia. c. super eo, in secunda sui parte, de cognat. spirit. expressè dicitur dirimendum esse matrimonium, quod contra receptam consuetudinem initum est, nec ibi vlla fit mentio scdali, nec alterius iuris antiqui adiuuantis. Imo in casu illius textus nulla erat prohibitio, præter consuetudinis interdictionem. Quod si dicas. c. 1. de cognat. spirit. expressum esse, vt talis sit consuetudo quæ scandalum generet. Respondeo non censeri restrictionem consuetudinis, contra regulam generaliter traditam. cap. finali, de consuetudine, quæ solum petit eam esse rationi consonam, atque legitime præscriptam, vt legem nouam faciat, antiquam ve abolet: sed potius esse declarationem conditionum consuetudinis, quæ petuntur. d. c. finali, nempe, vt sit rationi consentanea, & legitime præscripta. Si enim eas conditione habeat, eius violatio suapte natura scandalum generabit. Atque ita sensus est, non sit consuetudo contra rationem, nec de-

noū introducta, sed talis, ac tam diuturna, ut eius violatio iure optimo scandali ortu-
tiamam prebeat. Quare is effectus inducē-
di notum impedimentum dirimens, non
scandalo, sed consuetudini legitime intro-
ducta tribendus est. Sicut nec virtus sta-
tuendi noua legē attribuitur scādalo, quod
nascitur ex legitima consuetudine: nō ob-
seruata, sed ipsi consuetudini iustā, & de-
bitē pręscripta: cui facultas hęc concessa
est, d. c. finali. de consuetud. Et confirmat-
ur, quis enim negaret hanc vim legitimam
consuetudini, si per accidens non sequere-
tur scandalū ex eius trasgressione, cū tamē
conditiones omnes habeat requisitas. d. c.
final. ad nouā legem stabilendam? Er ē cō-
tra, quis eā tribueret consuetudini, cui ali-
qua ex illis conditionibus deficit, si magnū
ex nō obseruatiā oriretur scandalū? Nemo
sanē, sed diceret in priori casu, id per acci-
dens euenire, ea enim violatio sufficiētem
scandali suspēntura occasionem præberet:
in posteriori autem, esse scandalū passiuū,
& aduersus rationis limites acceptū: quod
iura non attendunt. Ergo is effectus nō ex
scandalo proficitur, sed ex consuetudine
legitimē pręscripta, quæ ex se absq; scā-
dalo violari nequit: ac proinde legitimus
sensus est. c. 1. de cognat. spirit. dum dicit.
*Nisi consuetudo Ecclesie que scandalum gene-
rat, aliter se habere nescatur.* Id est, nisi con-
suetudo iusta, & legitimē pręscripta, ex cu-
ius trasgressione merito scandalū oriri pos-
sit, aliter se habeat. Deinde probatur minime
ad eā consuetudinē inducendam deside-
rari Pontificis scientiā. Quoniam licet nō de-
sint Doctores graues scientiā Principis exi-
gentes, quō consuetudo vim legis indicēde,
aut abrogandā habeat: at verior sententiā ha-
bet eā minime desiderari, etiā si sit circa sa-
cramentalia ea consuetudo, (vt dicemus
hoc lib. 7. disp. 82. num. 20.) Quippe cūm
Princeps. d. c. finali. de consuetudine, gene-
raliter decreuerit consuetudine posse legē
statui, & derogari, iam talis voluntas vt eam
facilitatem obtineat consuetudo, est tacita
scientiā, & tolerantia consuetudinis in
posterior legitime inducenda, vt eas vi-
res fortiatut absque alia speciali ipsius con-
suetudinis in Principe notitia. Demū pro-
batur desiderari vt sit consuetudo mixta
clericorum, & laicorum. Quod asserunt
Covar. & Ludouicus Lopez numer. 7. al-
legati. Nam defectus consuetudinis status
soli laicorum, nil potest immutare circa
matrimonij substantiam, & leges Ecclesia-

sticas, deficit enim potestas in consuetudi-
nem inducentibus. Atq; ita explicat textū
c. 1. de spon. Ant. ibi. n. 8. & 12. Abbas. n. 9.
Alex. de Neuo. n. 10. 11. 21. 22. Felin. nu. 2.
dicit enim consuetudinis Gallicę violatio-
nē non obflare valori matrimonij, eo quod
deficeret potestas in eā inducētib; matri-
monij enim spectat ad Ecclesię forum. ci-
tuam, de ordine cognit. Atq; ita clarē intel-
ligunt de consuetudine laicorum.

Ad argumēta contraria. n. 6. proposita, ref-
pōdetur. Ad primū cōstat ex dictis. n. præce-
dētī, nō est enim necessaria specialis scientiā,
& approbatio Pontificis, sed fat est illa gene-
ralis, quæ eā vim tribuit consuetudini. c. fini.
de cōsuet. Ad secundū dico nō pugnare ad-
uersus meā sententiā. Nā. nu. 14. concedim
vtriq; consuetudini. At rectē cōmuni sen-
tentiā, vt consuetudo nequeat inhabiles ad
matrimonij, habiles efficere: nulla vim ha-
beret id argumentū, sed fallax est. Quippe cō-
suetudo inhabiles quospiā reddens ad ma-
trimonij, non aduersatur iuri diuino natu-
rali, nec canonico: ea enim iura non præci-
piūt in eo gradu matrimonium cōtrahi, sed
soli permittūt: at cōsuetudo reddēs habi-
les, iure canonico impeditos, aduersatur ip-
si iuri canonico interdicit id matrimonij.
Multo autē plus est, ius præcipiēs, & irritās
abolere, quā vltra iuris permissionē aliquid
prohibere. Hoc enim non est propriū eius
permittēs vincere, & abrogare, sed aliquid
nouū statuere, quod ab ipso præceptū mi-
nimē erat. Ad argumentū. n. 7. obiectū, nō
est opus respondere. Quoniam meā sententiā
n. 14. aperendā, vt vtrūq; possit consuetu-
do, cōfirmat. Ad primū propositū. nu. 8. nō
est necesse respondere. Quia nō militat con-
tra nostrā sententiā nu. præcedenti explicā-
tā, sed illā confirmat. Ad secundū respōdē-
nu. præcedētī, vbi sensus illius textus ex-
plicū. Ad primū. n. 9. propositū, dic solam
consuetudinē tanquā inferiorē, id minime
posse: at eā vim habere ex ipsius Pontificis
generali permissione, qua. c. fin. de cōsuet.
id generaliter legitimam consuetudini con-
cessit. Ad secundū cōstat ex dictis. n. præ-
cedenti, in fine, vbi probauit eum textū lo-
qui de sola laicorum consuetudine. n. 10.

Quæstio posterior. An cōsuetudo legiti-
mē pręscripta vim habeat abolēdi aliquid
impedimentū dirimens, efficiendo habiles
ad incedum inter se matrimonij, qui iure
canonico inhabiles sunt. Et quidem ferē
omnes Doctores pro constanti asseruāt
id non posse cōsuetudinem. Ducitur, quia

cap.

c. quod super, de consanguin. & affin. in fi-
ne, & c. super eo, in priori sui parte, de cog-
nat. spirit. quorum verba nu. 1. retuli, id vi-
detur clarē decidi. Et confirmatur, quia
consuetudo tanquam inferior nequit vires
habere ad ius abrogandum, nisi ex tacito
Principis consensu. Solus enim is potest
consuetudinem legitimam inducere, qui le-
gem indicare potest. Idē quibus. ff. de legi-
bus. Quod solius Principis esse nemo du-
bitat. At in hoc euentu consuetudo non ha-
bet tacitum consensum Principis, imō ex-
pressum dissensum. Nam dict. cap. quod su-
per, in fine, dicitur non obstante contraria
consuetudine separandos esse coniunctos
matrimonio, in gradu prohibito per ius ca-
nonicum. Et dict. cap. super eo, habetur id
matrimonium nulla ratione permittendū,
vnde Sotus lib. 1. de iust. q. 7. artic. 2. col. 2.
versic. hoc ergo memoria, ait vbi lex expri-
meret nullam consuetudinem contra legem
valituram, id decretum consuetudini
vires auferre, ne per illam lex vnquam abro-
gari possit. Quod si dicas per ea verba pos-
ita dict. c. quod super, *Non obstante conse-
tudine*, non derogari consuetudini futuræ,
sed soli præteritæ, iuxta glossam celebrem
Clem. statuum verb. cōsuetudine, de elect.
ac proinde nō obflare, quo minus cōsuetu-
do postea introducta, possit impedimentū
dirimens abrogare, abolendo ius Pontificiū
quod illud statuerat. Nō iutabit hęc euasio.
Quia illa doctrina glossæ cōmuniter repro-
barur, & communis sententiā docet vtrūq;
consuetudinem comprehendī, vt multis ci-
tatis docent Tiraq. de retractu, in præfatio-
ne nu. 18. & 19. Couar. 3. var. c. 13. n. 4. Bur-
gos de Paz. l. 1. Tauri. n. 464. & 479. Zaua-
llos in suis. q. practici. q. 704. per totā. Se-
cundū, quia consuetudo vt legi deroget, de-
bet esse rationi consentanea, cap. finali, de
consuet. Ad inuenero incedū matrimonij
in gradu iure canonico interdicitō, non
potest esse rationi consona, tum, quia. d. c.
quod super appellatur potius corruptela,
quam consuetudo, tum etiam, quia pecca-
tū lethale fouet, quale est id matrimonium
inualidum iure, in eoq; persistere. Et confir-
matur, quia sicut cap. finali, de consuetud.
appellatur potius corruptela, consuetudo
aduersus ius naturale inducitur, & ita decidi-
tur ibi, ea non posse ius naturale abrogari:
ita. d. c. quod super, appellatur consuetudo
incedū matrimonij in gradu prohibito, cor-
ruptela, & ideo dicit textus eam consuetu-
dinē minime obflare. Sicut ergo in priori

euentu nunquam potest consuetudo preua-
lere: ita nec in posteriori. Tertium, quia valde
distant posse consuetudinē efficere vt per-
sona inhabiles ad matrimonij, habiles red-
dantur: & posse habiles reddere inhabiles.
Priori enim casu, cōsuetudo aduerfa est mo-
ribus bonis, nec rationi conformis esse po-
test. Cū interdicitio matrimonij in gradibus
prohibitibus, charitatis dilatade gratia, sit in-
stitutā, vt extranei vinculo strictiori inter
se vnātur (consanguinei enim iā coniuncti
sunt) teste. D. Aug. lib. 15. de ciuit. dei. c. 16.
& referunt. c. 1. 35. q. 1. Posteriori autē casu,
nullis bonis moribus aduersatur. Atq; ideo
non mirū est, si prius cōsuetudine fieri pos-
sit, posteriori autem, minime. Quam rationē
differentiæ tradunt Abb. & Alexander de
Neuo, ac Brunelctio matrimonij in gradibus
verō tradunt Vincētius, & Goffredus, quos
statim referam, quōd consuetudo possit o-
nerare, non verō honorare. c. quod in scrip-
turis. 8. q. 1. At facere habilem quempis ad
matrimonium, est honos: efficere verō inha-
bilem, est onus: & ideo hoc conceditur cō-
suetudini, illo denegato. Tandem, quia cō-
suetudo quam iura improbant, dissonat rati-
onem: teste Glossa. c. finali. verb. rationabi-
lis, de consuetud. & ibi Innoc. in fine, qui
ita explicat eum textum petentem vt cō-
suetudo sit rationabilis. Cum ergo consue-
tudo, efficiens aliquos habiles ad matrimo-
nium, contra iuris canonici decreta, sit im-
probata. c. quod super, de consanguin. & af-
fin. in fine, nullius erit efficacit, ac valoris
ad id inducendum. Atq; ita sustinent glossa.
dict. cap. quod super verb. non obstante.
Et ibi Vincentius, & Goffredus. Host. ibi,
in fine, & summa tit. de cognat. spirit. §. quis
sit effectus, nu. 6. Anton. c. super eo, in fine,
de cognat. spirit. & dict. c. quod super, num.
3. & cap. quod dilectio nu. 10. de consangu.
& affin. Abbas dict. cap. quod super nu. 4.
& dict. c. super, eod. nu. 7. & 6. vbi Alexan-
der de Neuo. nu. 15. & 16. c. d. cap. quod su-
per num. 5. & duplici sequenti, & ibi An-
char. nu. 4. Præpōs. d. cap. quod dilectio. n.
7. & d. c. super eod. nu. 4. Rosella verb. im-
pedimento. 1. nu. 7. Angelus
matrimonium. 3. impedimento. 17. n. 1. Syl-
matrimonium. 2. q. 3. Brunellus de sponfal.
conclus. 20. num. 7. & 8. Diedo de libert.
Christiana, in mea editione, lib. 1. c. 11. in fi-
ne, Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. num. 18.
Antonius Cucus lib. 5. infit. maiorum. tit.
12. nu. 36. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 1.
nu. 5. in commento, littera. A.

14 His tamen minimè obstantibus, verius mihi est, posse consuetudine derogari legi Ecclesiastica: statuenti impedimentū dirimens inter aliquos, ac proinde vi consuetudinis illius posse eos habiles effici ad inuendū inter se matrimoniu. Ducor, quoniā. c. fin. de consuetud. statuitur generaliter, vires habere consuetudinem ad derogandum legi. Cum ergo lex statuens ea impedimenta dirimentia, non sit naturalis, & diuina, sed merè humana, cur ab ea generalitate excipienda erit? eo vel maximè, quòd is textus solā legem naturalem, & diuinam ab ea consuetudinis facultate eximat. Præterea, quia vel id consuetudo nequit, eò quòd improbatā sit cap. quod super, in fine, de consang. & affin. vel quod ea consuetudo aduersus ius Pontificium inducta, nequeat rationi consentanea esse. Quæ sunt aduersa sententiæ fundamenta. Sed in primis, nil obstat huic veritati ea improbatō consuetudinis facta d. cap. quod super. Nam frequens, ac verissima sententia habet, quoties lex reprobat consuetudinem ac iniquam, & ipsi etiam futuræ derogat, posse ex noua causa induci consuetudinem aduersus eā legē. Quippe noua causa tollit iniquitatem quæ in se videbatur consuetudini, eo tempore quo lex, ipsam vt iniquam reprobat. Quod egregie probat textus. l. si hominem. 30. ff. mandati, vbi deciditur generalem procuratorem posse reuocare specialiter à domino prouisa, existenti causā iusta reuocandi. Quam Bart. ibi, initio. Abbas cap. at si clerici. §. de adulterijs nu. 9. de iudicijs, & ibi Additio ad Felinum, numer. 3. exponunt, quando est causā noua, vel antiqua verisimiliter non cognita. Et constat ex textu, ibi. *Nisi iustam causam habuerit, veluti si postea comperit eam falsas rationes confecisse.* Ergo similiter quauis habeat consuetudo vim legem nouam statuendi, & antiquam abrogandi, ab ipso Principe, poterit contra ipsiusmet Principis dispositionem, futuram consuetudinem improbatū, & decidens ea non obstanti valituram legem, ex noua ratione: superuenienti præualere aduersus eam legem. Atq; ita posse in eo euentu vim habere consuetudinem ex noua causa ortam, docent Abbas. c. cæterum nu. 9. de iuramento calumniæ, & cap. 2. nu. 8. de probat. & c. final. nu. 24. de consuetud. Dominicus. cap. 1. ad finem, de conslit. in 6. & ibi Francus num. 19. in fine. Decius cap. 2. de probat. in noua editione, num. 68. & ibi Aretinus num. 34. Felinus num. 11. Barba-

cus dict. cap. final. num. 81. & 82. Rochus de Curte de consuetudine, section. 7. nu. 11. Petrus Rauennas de consuetudine, sectione. 3. num. 11. & 16. vers. prædicta conclusio. Baldus Nouellus de dote. 6. par. priuilegio. 2. nu. 19. Ioannes Lupus cap. per vestras, de donat. inter vir. & vxor. notabili. 3. in principio nu. 2. & 3. Rosella verb. consuetudo nu. 1. & ibi Angelus nu. 9. Syl. q. 6. Tabiena. q. 4. num. 5. ad finem. Armilla nu. 4. Ferretus in repetitione. c. 2. de probat. nu. 26. Couar. 3. var. cap. 13. nu. 4. Antonius Gomez. l. 51. Tauri nu. 26. fine. Auiles. c. 8. pratorum, glossa consuetudine nu. 3. Auédano responso. 16. nu. 3. vers. quod pig maximè. Duenas regul. 144. limitatione. 1. Burgos de Paz. l. 1. Taur. n. 480. Gurier. lib. 3. pract. q. 31. nu. 1. 2. Anton. Gabriel in mea editione, tom. 1. communium, lib. 3. fol. 151 vers. consuetudo ex noua causa. Brunorus in suo cõpendio, litter. C. verb. consuetudo vers. consuetudo etiam futura. Zauallus in suis. q. practis. q. 704. nu. 6. Non ergo obstabit semel reprobatā esse consuetudinem d. c. quod super, vt coniuncti gradu per Ecclesiam interdictō, matrimonio copulētur, quo minus ex noua causa possit legitima consuetudo induci, vt taliter coniuncti matrimonium incaut. Sed dices, vt noua consuetudo ex superuenienti causa consurgēs, eas vires habeat contra legem improbatē consuetudinē, desiderari vt sciente Principē introducā sit. Quod voluerit Antonius Burgēsis repetitione. c. at si clerici. n. 57. de iudicijs: & aliqui alij relati per Rochum de Curte de consuetudine, section. 4. nu. 29. Rebutius alijs citatis. 1. tom. constitutionū Gallicarum, in proœmio, glossa quinta, in nu. 146. Sed respondeo id non desiderari, nec initti aliquo fundamento. Nam cap. final. de consuetud. vbi astruitur conditiones necessariæ ad eam vim consuetudinis, minimè petitur specialis scitētia Principis. Vt etiam notauit nu. 11. Atq; ita docent Rochus eo. n. 29. Ang. verb. consuetudo. n. 9. Syl. q. 6. Deinde non obstat alia pars, nimirū, eam consuetudinem non posse esse rationi consentaneā. Id enim aperte falsitatis conuincitur. Quia quauis magna sit opinionum diuersitas, quando dicitur consuetudo rationi conformis. Vt potest videri apud Menoch. lib. 2. de arbitrar. centuria. 1. toto casu. 82. At si fides habenda sit Gerfono. 3. p. tract. de vita spiritali anima. lect. 4. corollario. 13. alphabeto. 62. littera. P. Supplemento Gabrie. 4. d. 42. q. 1. ar. 3. dubio. 6.

Nauarr. lib. 3. conf. tit. de censibus. in priori editione, conf. 7. nu. 3. in posteriori autem, conf. 3. nu. 3. nunquam censetur consuetudo rationi dissonans, nisi iuri diuino, aut naturali refragetur. At consuetudo in hoc euentu illis iuribus non opponitur, sed solum Pontificio. Quòd si his Doctoribus minus credendum sit: saltē negari nequit, tūc rationi congruentē esse consuetudinē, quando de eadē re, de qua est consuetudo, iusta esset lex denudē edita, priori mutata, si qua esset, vel minimè mutata, si nulla existeret. Quòd docet Syl. verb. consuetudo. q. 1. Sotus lib. 1. de iust. q. 7. ar. 2. vers. quā verò loquimur. Et ratio est, quia cū consuetudo vim legis debeat habere, eadē honestate eā cōuerti opus est, ac sufficit, quā lex ipsa poseeret. At nullus sanæ mētis negare potest, dari posse causam iustā legis nouæ indicēdæ, qua gradus aliqui canonibus antiquis interdicti in matrimonio aboleantur, atq; interdictio illa ad pauciores gradus restringatur. Humana enim statuta variari iuxta tēporum diuersitatem, quandoq; opus est. c. nō debet, de consang. & affin. Atq; ita Tridentini sel. 24. de matrim. c. 2. restrinxit gradus cognationis spiritualis: & c. 3. gradus publicæ honestatis: & c. 4. gradus affinitatis cōtractæ ex copula fornicariæ. Et reddit rationē. c. 2. quòd experientia docuerit prohibitionū multitudine saluti animarum non xiam esse: & peccata non leuia inde pullulare. Potuit ergo consuetudo iusta esse, ac rationi valde consonans, si experientia magis id expedire doceret, prædictos gradus, alios vt restringeret. Præterea, quia consuetudinē esse cōtra honestatē, rationiq; aduersari, cōtingit dupliciter. Primò, quasi actus illi quibus inducitur consuetudo, sint cōtra rectā rationis dictamen, postquam iam in consuetudine abierunt. Et si hoc modo dicitur esse contra rationē: petitur principiu. Probandum enim erat, obseruantiam illam rationi aduersam esse, non obstanti consuetudine illa iam inducta. Secundo potest intelligi, quia actus illi ante legitimam consuetudinis prescriptionē iniqui fuerūt. Quòd fateor: id non obstat quominus consuetudo ex actibus illis iniquis cōsurgens, vbi legitime prescripta fuerit, honesta sit, ac vim legis nouæ statuēdæ, & antiquæ derogandæ habeat, vt bene docet Cai. 1. 2. q. 97. art. 3. nemine cōtradidente. Aliās nunquā consuetudo eā vim obtinere possit: cū semper necessariū sit, actus illos contra legē gestos, initio illicitos esse, donec consuetudo illos

excusans iā inoleuerit, prescriptaq; sit, prior lege abrogata. Deinde, quia licet nō constet inter Doctores, an in dubio presumatur consuetudinis honestas. Eā enim præsumi asserit Fraci. Arc. cōf. 23. ad fin. Raue. de consuet. sect. 2. nu. 4. Contradicit tamē Rochus de Curte alios referens, de consuetudine. sect. 7. n. 24. dicens nulla ratione probari. Quia obstant. c. fin. de consuetud. ibi. *Nisi fuerit rationabilis.* Et c. 3. de eo qui mittitur in possessionē, ibi. *si laudabilem esse cōstituerit.* Et saltem mihi certū est id non præsumi, vbi consuetudo est à lege reprobatā: vt in præfenti casu. Quòd fateatur idemet Fracis. Aret. c. 2. n. 27. de probat. Cōcludit tamen Rochus de Curte eo. n. 24. cū Abbate cap. final. nu. 5. ad finem, de consuetud. ex quo consuetudinis honestas nō in factō, sed in iure cōsistit, eā probandam minimè esse, sed iudicis partes esse discernere, nō honesta sit. At id necessariū dicendum est, posteros consuetudinē à suis maioribus introducā obseruantes, à culpa excusari, nec sollicitos esse teneri, ad inuestigandā iustitiā causæ ex qua initium duxit: sed iustē eam præsumere posse, vt bene tradunt Cai. 1. 2. q. 97. ar. 3. supplementum Gabrielis. 4. d. 42. q. 1. art. 3. dubio. 6. Valentia. 1. 2. disp. 7. q. 5. puncto. 8. §. ex quo patet. Ergo concedendum est posse consuetudinem excusantem posteros induci, qua impedimentū aliq̄d iure Pontificio matrimoniu dirimens aboleatur, licitūq; deinceps iā sit, in illo gradu olim interdicto, inire matrimoniu. Demū, quia (vt bene ait Couar. 4. decr. 2. p. c. 6. §. 10. nu. 18.) concessio, posse consuetudinem personis alioquin habiles ad matrimoniu, inhabiles efficere: quod admittit cōmunitis sententia (vt reuli nu. 8.) est sanè dicendū eadem ratione ipsam consuetudinem posse, inhabiles iure humano ad nuptias, habiles reddere. Nulla enim congrua discriminis ratio reddi potest. Et ratio assignata ab Abbate, relata num. præcedenti, nimirum, non posse hanc consuetudinem esse honestam, & rationi cōsentaneam, iam satis impugnata est. Nec obstat prohibitionem graduum factam esse gratia charitatis dilata: ac proinde aduersam consuetudinem videri contra charitatem. Quia possunt alia occurrere, quæ ei rationi præponderent, ac iustificent contrarium consuetudinem. Sic reuera occurrerūt, vt antiquitus graduū prohibitio restringeretur. c. non debet, de consang. & affin. & nouissimè in Triden. sess. 24. de matr. cap. 2. §. 4. Nec ratio etiam

Vincenzij, & Goffredi, nu. præcedenti cita-
ta, est alicuius ponderis: nimirum, posse con-
suetudinem onerare, non tamen honorare.
Quia omnino fundamento id destitutum
est: nec textus quos allegat, aliquid probat.
Et ideo huius sententia: est Innocen-
tius, c. 1. in fine, de cognat. spirit. Et melius
Supplementum Gabrielis. 4. d. 42. q. 1. art.
3. dubio. 6.

Ad opposita argumenta, nu. 13. propo-
sita, respondetur. Ad primū & confir. cōstat
ex dictis nu. præcedenti, quavis enim ibi
reprobetur consuetudo, at tacita voluntas
Pontificis est, vt ea ex noua causa possit in-
duci, vt ibi probauit. Ad replicam fateor cōtra
eam Glossam, intelligi etiā futuram cō-
suetudinem reprobata: nisi tamen ex noua
causa oriatur: vt nu. præcedenti explicui.

Ad secundum dic posse ex noua causa ius-
tam esse: & quavis initio id peccatum so-
ueat, at vbi legitime præscripta fuerit, excu-
satur a culpa: nec id obstat valori consu-
tudinis, vt nu. præcedenti probauit. Ad 6.
firm. fateor eisdem verbis reprobari vtam-
que consuetudinem. Non tamen id arguit
eodem prorsus modo vtamque consuetu-
dinem iniquam fore, sed vbi est aduersa iu-
ri naturali diuino, nullo modo potest iusta
reddi: secus in præsentis casu, ex noua cau-
sa. Ad tertium constat ex dictis nu. præce-
denti, in fine, vbi vtamque discriminis ra-
tionem reprobauit. Ad vltimum dic eam do-
ctrinam esse veram, nisi cōsuetudo iure im-
probata, iterum ex noua causa ipsi honesta
tem tribuente, inoleat, vt nu. præcedenti
explicuimus.

DISPUTATIO QUINTA.

Vtrum impedimenta, siue impediencia siue dirimentia ita obligent, vt
nullus metus excuset: constituantque duplicem malitiam in matrimo-
nio cum illis initio: specialiq; malitia afficiat copulam illicitam habitā
inter sic impeditos: ita vt ea circumstantia sit necessariō fatenda?

SUMMARIUM.

Quale, & quorūplex peccatum sit, matri-
monium cum impedimento initum? nu-
mer. 1.

An metus ab ea culpa excuset? Refertur qua-
dam sententia. nu. 2.

Quando est impedimentum solum impediens,
est probabile nullam esse culpam contrabe-
re, & consummare. Et an deinceps liceat pe-
tere debitum? nu. 3.

Quid, quando est impedimentum dirimens? nu-
mer. 4.

An sit circumstantia necessariō fatenda, copula
fornicaria inter affectos impedimento diri-
menti ad incedum inter se matrimonium? Re-
fertur duplex sententia. nu. 5. & 6.

Traditur regula ad discernendum quando pro-
hibitio matrimonij efficiat circumstantiam
necessariō fatendam in copula illicita, nu-
mer. 7.

An copula habita inter impeditos ad inter se
contrahendum, propter consanguinitatem,
vel affinitatem, habeat specialem circumstan-
tiam necessariō fatendam? nu. 8.

Quid, si sit impedimentum cognationis spiritua-
lis inter eos? nu. 9.

Quid, si cognationis legalis? nu. 10.

Quid, si publica honestatis? nu. 11.

Quid, si disparitatis cultus. Vt si copula sit fi-
delis cum infideli? nu. 12.

Quid, si sit fidelis cum heretico? numer. 13.

Quid, si adsit impedimentum dirimens, impoten-
tia? nu. 14.

An in his omnibus euenibus sit duplex mali-
tia, altera propria speciei illius copula: al-
tera vero, quia aderat inter coeuntes impe-
dimentum dirimens? Et an sit incestus, con-
cubitus cum consanguinea, quando obten-
ta est dispensatio ad matrimonium? nu-
mer. 15.

Quid, si adsit impedimentum ordinis, voti sim-
plicis, solemnis ve, aut ligaminis? Et an tunc
vltra sacrilegium, vel adulterium, sit spe-
cialis circumstantia propter matrimonij pro-
hibitionem? nu. 16.

Quid, si inter sit impedimentum dirimens rap-
tus? nu. 17.

Quid, si impedimentum aliorum criminum di-
rimentum? nu. 18.

Soluuntur argumenta, nu. 19.

IN Hac disputatione id tanquam
ab omnibus receptissimum, pre-
mittere oportet, nimirum, cul-

pā esse lethale cōtrahere matrimonij cum
aliquo impedimento dirimenti. Quia con-
trauenitur præcepto iuris naturalis, si de iu-
re nature sit impedimentū, vel Ecclesiasti-
ci, si sit de iure Ecclesiastico: idq; in re ma-
ximi momenti. An verò idē dicendū sit, si
si solū adsit impedimentū impediens? dice
mus hoc lib. tota disp. 17. Id tamen non im-
merito dubitari potest: an sit duplex mali-
tia mortalis, quando adest impedimentum
dirimens? Affirmant enim viri grauissimi,
& cum magna probabilitate: vt testatur Pe-
trus de Ledesma de matrim. q. 50. art. 1. dis-
fic. 3. post. 2. conclusionem. Ducuntur, quia
vltra culpam transgressionis iuris natura-
lis, aut Ecclesiastici, reperitur sacrilegium
irritationis sacramenti matrimonij. At ipse
Petrus de Ledesma ait, non esse impro-
babile solam vnam malitiam transgressio-
nis præcepti reperiri. Idq; meo iudicio pro-
babilius est. Quippe cetera sacramenta ha-
bent iure diuino præscripta materiam &
formam certā, ac determinatā, & solam sa-
cramenti rationem subeunt: ac proinde ma-
teria & forma non possunt adhiberi, quin
sint ex se materia, ac forma sacramenti: qua-
re si sit in debitus vltus, ita vt sacramentum
irritetur, est sacrilegium. At matrimonium
vltra sacramenti rationem, est contractus
quidam naturalis, nec habet præscripta ma-
teriam, & formam determinatā, sed consen-
sus contrahentium legitimos, verbis, nutu-
ibus, aut litteris, aut per procuratorem ex-
pressos: vnde cum Ecclesia, aut iure natu-
rali irritante consensus inter aliquos, ij ma-
trimonio copulantur, non ipsi irritum sa-
cramentum efficiunt, quantum enim ex se
est, valide contrahunt: sed ius Ecclesiasti-
cum, aut naturale, statuens id impedimen-
tum, illud irritat. Quaratione cum aliquibus
Doctoribus excusauimus a culpa sa-
crilegij incedunt matrimonium, ob me-
tum viri constantis, quavis sciret id esse
irritum, lib. 4. disput. 16. numer. 6. Quod in
nullo alio sacramento reperitur. Nec id mi-
rum esse debet, cum ea ratione, quod ma-
trimonium cōtractus sit, multa alia specia-
lia habet velde aliena ab aliorum sacramen-
torum natura, vt posse ab Ecclesia irritari:
contrahi in absentia per procuratorem: ite-
rari super eandem materiam: vt quando
der procuratorem in absentia initum est,
solet presentibus cōtrahentibus cōfirmari.

Gravius autem dubium est: An ita gra-
uis culpa sit, cum impedimento dirimente
matrimonium inire, vt nullus metus in vi-

rum constantem cadens, cogens ad id ma-
trimonium, a culpa excuset? Id auct. Caiet.
1. 2. quaest. 96. art. 4. Sotus lib. 1. de iust. q.
6. art. 4. ad finem corporis, & 4. dist. 22.
quaest. 1. art. 4. ad finem, corporis. Medina. 1.
2. quaest. 96. art. 4. colum. 9. in solutione ad 2.
Nauar. summa capit. 27. Hispanē. numer.
142. latine num. 141. Valentia. 1. 2. disp. 7.
q. 5. puncto. 6. quaest. 4. §. vnde caput illud.
Rutilius Benzoni tractatu de fuga, lib. 1.
disput. 1. q. 4. ad finem, in solutione ad 5.
Diuerso autem inniuntur fundamento.
Nam Caietan. id probare contendit, quod
Ecclesie præcepta ad eorum obseruantiam
obligent cum mortis periculo. Cateri autē-
tem (& merito) id fundamentū improbant:
alioq; ducuntur. Quippe supposita Eccle-
siae prohibitione id matrimonium irritan-
tis, est re vera matrimonium irritū, nec me-
tus id efficit validum, vt pote qui mini-
mè impedimentum dirimens aufert: accessus
autē ad nō sūū, est intrinsicē malus, nullo-
q; metu excusari valet. Sed nec hæc ratio
difficultatem exhaurit. Quia quando impe-
dimentum dirimens est ex solo Ecclesiasti-
co iure, cum hoc non obliget cum mortis
periculo, videtur dicendum, eam legem Ec-
clesiasticam irritantem matrimonium, non
obligare in eo euentu quo mors inferenda
sit alicui, nisi matrimonium inest, & cōsum-
matur: ac proinde effici matrimonij tunc va-
lidum, quale esset, nisi ea lex Ecclesiastica ir-
ritans extaret. Quare tota obligatio in legē
Ecclesie refunditur: vnde vel dicendū est
eam tunc minimè alstringere: vel obligare
cum mortis periculo. Quod prædicti Do-
ctores nolunt concedere.

Primo igitur dico, si impedimentū sit so-
lū impediens matrimonij, etiā iure natura-
li, quale est votum simplex, vel sponsalia,
nec metus inuitur in odij fidei, vel religio-
nis (tunc enim quæcumq; legem Ec-
clesiasticam obligare cum mortis periculo,
est certissimum) & cadit in virum constan-
tem: inire solū matrimonij, nulla est cul-
pa, si vero animo inuitur: si vero fidei, erit
venialis: at illud consummare, est proba-
bilius esse culpa mortalem, licet metus idē
cogāt ad consummationem: non caret ta-
men probabilitate nullam esse culpam. Du-
cor ad asserendum nullam esse culpam inire
verē matrimonium, solū esse venialem,
inire si fidei. Quoniam secluso eo impedime-
to voti, vel sponsalium, vbi tantum obsta-
bat metus, qui matrimonium dirimit: id
probauimus lib. 4. disput. 16. numer. 2. & 6.

vnde si culpa debet adesse, ea confurgere debet ex hęc sponſalium, aut voto violatis. Inde autem in casu tanti periculi, nullam confurgere culpam vel ex eo constat, quod neutrum vinculum cum tanto discrimine obliget. Vt constat de omnibus alijs votis, & promissionibus, quę rebus notabilissimę mutatis, minimę iuxta omnium sententiam obligant (vt diximus lib. 1. disp. 62. numer. 3.) Nec votum ingrediendi religionem obligat cum notabili vitę periculo. Probatur autem alia pars, nempe, probabile esse, posse tunc absque peccato consummari, si metus in eatur corā parochō, & testibus, non tantū ad matrimonij cōtractum, sed etiā ad consummationē: & consummans, vero affectu maritali, & animo perficendi matrimonij, accedat. Quia solus metus irritas matrimonij obstat (vt proximę probauit: juxta quōd metus viri cōstantis in eatur ad contrahendū, & consummandū matrimonium, & ad iungendū cōditiones prędictas, est probabile verū perfici matrimonij, & proinde consummationē vacare culpa (vt probauimus lib. 4. disp. 8. n. 13. & 17.) Quia tamen ibi nu. 17. probauimus multo verius esse, nō perfici matrimonium obſtanti metu, ac subinde culpā esse lethālē id consummare: ideo idem dicendum est in hoc euentu. Sustinendo autem verum perfici matrimonium tunc consummando, vbi prędictus metus cessat, tenebitur sic cōtrahens abſtinere à debiti petitione, quando si sponte contraxisset, ad id teneretur, vt si erat votum-castitatis. Cum iam causa excusans cessat: & obliget votum ad sui obseruantiam, in quātum fieri potest absq; matrimonij pręiudicio.

4 Secundo dico, si impedimentum sit dirimens, & solū contrahatur matrimonij, non animo consummandi, propter illum metū, ex natura rei, & cessante alio scandalo, idem censendum esse, nimirum, vacare culpa lethali, quod de matrimonio solo metu ini- to diximus numer. pręcedenti, imō & veniali, si desit fictio: vt ibi etiā dixi: & larę probauit in loco ibi allegato. Quia non est maior ratio cessante scandalo, & ex natura rei loquendo de metu, quā de alijs impedimentis. Cum metus etiā matrimonium dirimat, saltem iure ecclesiastico, & iuxta valde probabilem opinionem, iure naturali, & diuino (vt esse valde probabilem diximus lib. 4. disp. 14. num. 1. fine.) Nec obſtat, si dicas duo in hoc euentu concurrere impedimenta dirimentia, alterum me-

tu, alterum illius impedimenti dirimentis, verbi gratia, consanguinitatis. Quia tātum obſtat valori matrimonij vnum, ac duo impedimēta: & rationes id probantes quādo adest solus metus, & quę probant interuenienti alio impedimento. Cum in vtroque casu sit legitima causa excusans, ille metus, nec contrahentes irritat matrimonium, sed alio iure irritum fit. (Vt latius explicuit loquens de metu, lib. 4. disp. 16. numer. 2. & 6.) At consummationem matrimonij cum eo impedimento dirimēti in eatur, nullus metus excusare potest à culpa lethali fornicationis. Quod docent auctores. n. 2. allegati: & est verissimū. Sed in ratione reddenda versatur difficultas: valde enim vrget ratio proposita eo. nu. 2. nimirum, legem irritantem id matrimonij, esse ecclesiasticam, vt si sit inter consanguineos vltra primum gradum, ac proinde nō videri illud irritare, cum quis metu viri cōstantis cogitur matrimonium consummare, ne cogatur in alterū ex duobus malis incidere, in peccatum mortale, si consummet: vel si non consummet, in vitę amissionē. Vrget etiā, metum cadentem in virum cōstantem reddere irritum matrimonium iure Ecclesiastico, & iuxta probabilem sententiam, iure naturali: & est probabile firmari matrimonij copula illa sic metu extorta, ac proinde eam copulam carere culpa. Similiter ergo alię leges statuentes impedimenta dirimentia, nō obligabūt in eo discrimine, critq; probabile cōsummationem matrimonij absq; culpa fieri. At nullo modo recedendum est à certissima sententia asserenti non reddi validū id matrimonium, ac subinde eam consummationem esse culpam mortalem fornicationis. Et ratio est, quia licet regulariter loquendo, lex Ecclesiastica non obligat cum vitę discrimine: at exceptio communis Doctorum est: quando ea lex valde expedit ad bonum commune tuendum. Huiusmodi autem sunt leges dirimentes matrimonia in aliquibus casibus, vt vsus Ecclesię testatur. Nemo enim aunderet dicere validum effici copula, matrimonium metu graui in eatur, & consummatum, absque parochō, & testibus. Cum tamen lex illud irritans sit merē Ecclesiastica. Quoniam si metus efficeret vt valida essent huiusmodi matrimonia cum impedimento dirimentis iniata, & consummata, facilis pareret via, ea impedimenta temerari, in eatur de metu. Nec obſtat. simile adductum de

metu.

metu. Quia probabilitas opinionis asserentis matrimonium metu graui in eatur, & consummatum, esse validum, non eo fundamēto innititur, quod cum eo discrimine non obliget lex Ecclesiastica: sed quia solus metus cadens in virum cōstantem irritat matrimonium, qualis non est cogens matrimonium contrahere, & simul consummare (vt conſtat ex dictis lib. 4. disp. 18. num. 15.) vbi eam opinionem, & eius fundamentum retuli.

5 Rursus non modica difficultas est, an copula habita inter eos qui aliquo impedimēto dirimenti laborant, ne matrimonio copulari possint, circumstantiam specialem addat necessario in confessione detegendam? Pars enim negatiua inde suaderi videtur, quando non concurrat alia specialis prohibitio copula, vt in cognatione, voto, ordine, & ligamine inuenitur. Quoniam D. Thom. 2. 2. q. 154. art. 1. corpore, quem omnes sequuntur, ait simplicem fornicationem esse, soluti copula. Quod specialius explicans Toledo lib. 5. summe. c. 10. n. 5. ait vocari solutū, qui non habet statū, vt cōiugij, ordinis, voti. Quod in pręsentī casu contingat: ita simplex fornicatio videtur. Pręterea, quia nulla specialis ratio malitię apparet, eo quod sit impedimentum dirimens inter fornicantes. Cum iura solam coniunctionē matrimonij illis interdican. Et confirmatur, nam dato opposito, dicendum esset, sacerdotem, vel religiosum, vel coniugatū, fornicantes, duplicis culpę specificę reos esse, altera est aduersus proprium statum, altera vero contra prohibitionem specialem copula, ob impedimentum dirimens, religionis, ordinis, vel ligaminis. Et ideo pro hac sententia est Alcozer in sua summa. c. 20. fol. 74. pag. 1. §. el ser la muger, vbi dicit coitum fidelis cū infideli non addere circumstantiam necessario censendam. Cū tamē laborent impedimento dirimenti.

6 Partem autem affirmantem addi circumstantiam specialem, non leuiter probant quę sequuntur. Primō, ex eo quod Ecclesia dirimit matrimonium contrahendum inter aliquos, subinde censetur specialis prohibitio copulam inter illos interdiceret. Quod vel inde constat, nulla enim alia ratione accessus ad consanguineam in secundo, & vltioribus gradibus vsq; ad quartum, est in eatur, & ita species distincta luxuria: nisi quia Ecclesia in ijs gradibus matrimonium dirimit, vt vsus Ecclesię, & omnium sententia docet, nulla enim extat spe-

cialis prohibitio copula inter consanguineos, sed prohibitio matrimonij inter illos facta ab Ecclesia cōstituit diuersam fornicationis speciem necessario censendam. Et cōfirmatur, quia sublata matrimonij prohibitione inter aliquos consanguineos, hęc dispensatio specialis Pontificia, siue derogatio legis dirimentis in illo gradu, iam amplius coitus in illo gradu non est incestus, vnde rectē Cater. summa verb. incestus, initio, ait incestum esse, commixtionem veneream inter consanguineos, vel affines, absq; dispensatione matrimoniali. Totā ergo specialis malitia huius concubitus cōfurgit ex prohibitione matrimonij. Et subinde idem videtur dicendum in alia copula illicita inter eos, qui quouis alio dirimentis impedimento laborant ad in eatur inter se matrimonij. Cū eadem ratio in omnibus impedimentis dirimentibus militet. Cōfirmatur amplius. Quia quoties malitia specificā copula illicitę nō pēdet, nec cōsequitur ex matrimonij prohibitionē, ea sublata manet adhuc malitia illa, vt si cū habetē votū simplex, aut solēne castitatis, dispēsetur ad solū matrimonij, quę cūq; copula illicita erit perinde sacrilega cōtra votū, ac si dispensatio non esset. Cū ergo contrarium reperiamus in consanguinitatis, & affinitatis, cognationis spiritualis, ac legalis, publicęq; honestatis, disparitatis cultus impedimentis dirimentibus, ijs enim sublatis per dispensationē, cessat specificā malitia copula, manifestē conuincitur eam oriū ex speciali matrimonij prohibitionē, & subinde hanc constituere in copula illicita diuersam fornicationis speciem. Tandem, quia cū matrimonium tendat ad vnitatem carnis efficiendam inter coniuges per copulam, interdico matrimonio, censetur etiā specialiter interdico copula fornicaria, per quā similiter vnitatis carnis efficitur. Quare talis copula vt potest specialiter interdico, habeat speciem distinctam deformatā est necessario in confessione detegendam. Pro hac sententia est Enriquez lib. 5. de penitentia. c. 6. nu. 3. in commēto, littera. M. vbi dicit esse circumstantiam necessario censendam, si vir ad eam accedat, cū qua nequit matrimonio copulari, vt si sit eunuchus, frigidus, vxorica, vel christianus cum infideli: & licet nō exprimat, num ea circumstantia speciem mutet, ac eam numerat inter alias quę in sexto pręcepto diuersam speciem constituent. Et Nauar. summa cap. 16. num. 3. statim in principio, loquens de speciali

impe-

impedimento disparitatis cultus, sentit manifeste conlittere diuersam speciem in copula illicita: dicit enim fornicationem simplicem esse inter solutos, non solum à matrimonij vinculo, sed etiam à cognatione, affinitate, ordine, voto, infidelitate: nec esse tale, si alteruter ex coeuntibus esset vinctus aliquo praedictorum vinculorum. Et in eodem casu disparitatis cultus, dicunt etiam esse circumstantiam notabiliter aggravantem, & necessariò fatendam, quanuis subtrahatur, an speciem mutet, Ludouic. Lopez. 1. p. in stru. c. 35. §. affine est huic. Et Vega. 1. tomo summa. c. 55. casu. 26. Et Petrus de Ledesma de matri. q. 55. art. 4. dubio. 1. in dubio quod mouet circa solutionem ad. 2. argumen. §. nihilominus tamen, dicit accessum ad fororem sponsae de futuro non esse simplicem fornicationem, sed habere rationem incestus imperfecti. Et reddit rationem, quod eo ipso quod inter eos prohibetur matrimonium, & est irritum, interdicitur speciali quadam ratione, copula carnalis inter illos: sicut eadem ratione est specialis circumstantia coire cù consanguinea, vel affini.

7 Ceterum sic distinguendum esse. Dupliciter interdicitur Ecclesia matrimonium inter aliquos. Priori modo, ob speciale motiuum alicuius virtutis quod spectat, idque inuenitur etiam in copula illicita. Posteriori modo, non ob id motiuum, quod reperitur etiam in copula illicita, sed in delicti admisi poena, aliquodque praecauendum damnum. In priori casu ceterum quoque prohibita specialiter copula illicita, & ita est specialis malitia in ea, diuersa specie à simplici fornicatione, & necessario fatenda. Quia militat eadem ratio prohibitionis. Secus verò in posteriori. Quod claris constabit ex corollariis inferendis.

8 Hinc deducitur primò, esse circumstantiam incestus, diuersam specie à simplici fornicatione, & necessariò explicanda in confessione, si quis autem habeat carnalem ad eam cù qua nequit inire matrimonium, ob impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis. Cõstat ex. c. lex illa. §. cù ergo. 36. q. 1. vbi dicitur coitum cù consanguinea, vel affini, esse incestum. Et nemo dubitat de hoc. Et ratio est, quia Ecclesia dirimens matrimonium inter consanguineos, obseruat debita inter illos spectatur: & similiter dū dimitit inter affines, vt latius videbimus in consanguinitatis, & affinitatis impedimentis. Quod motiuum inuenitur etiam in copula inter illos fornicaria. Quare prohibito matrimonio inter illos, censetur subinde prohibita copula, &

translata in aliam deformitatis speciem, videlicet, incestus.

9 Secundo inferitur, esse similiter circumstantiam luxuriae diuersam specie, ac necessariò fatendam, si quis re habeat cù cognata spirituali, in eo gradu, in quo hæc cognatio matrimonij dirimit. Quia reuerentia sacramenti ex quo cognatio hæc originè duxit, & obseruantia debita cognationi huic, quæ assimilatur consanguinitati, quæ sunt spectata ab Ecclesia, quò hæc matrimonia cum his impedimentis inita irritaret, habent etiam locum in copula fornicaria inter spiritualiter coiunctos. Violatur enim reuerentia debita sacramento, & obseruatia coniunctioni illi. Sic D. Tho. 2. 2. q. 134. ar. 10. ad. 2. & ibi Caiet. §. vlt. D. Ant. 2. p. ti. 5. c. 2. statim in principio. Syl. verb. luxuria. q. 8. Naua. summa. c. 16. n. 3. paulò post principium. Emmanuel Sa, summa verb. luxuria. n. 2. Ludo. Lopez. 1. p. in stru. c. 35. §. adde verò. Manuel. 1. tomo summa. 2. editio. c. 209. nu. 1. concl. 1. Speciem autem hanc fornicationis, appellant D. Thom. D. Anto. Syl. sacrilegium ad modum incestus. Et idemet. D. Anto. 2. p. ti. 5. c. 5. §. 1. vers. in cognatione verò, dicit esse incestum spirituale, vnde & sacrilegium. Et Nauar. dicit esse reductum incestum, & sacrilegium. At Emmanuel Sa, & Manuel appellant incestum. Sed bene Caiet. loco citato explicans verba D. Thomæ, ait esse reuera sacrilegium. Quia ob sacramenti reuerentiam ea copula interdicta est: habere autem modum incestus. Quippe assimilatur violationi consanguinitatis.

10 Tertio inferitur, addere malitiam specificam necessariò fatendam, concubitum cù cognatis legalibus, reduciq; ad incestum. Quia sicut per adoptionem quis efficitur cognatus, ita obligatur legibus cognatorum naturalium, nimirum, reuerentia debita parenti adoptati, cui non solum matrimonium, sed copula illa aduersatur. Sic Martinus de Magistris tract. de temperantia. q. 9. concl. 7.

11 Quarto inferitur, reduci etiam ad incestum, esseq; diuersam specie à simplici fornicatione circumstantiam, ac in confessione detegendam, si quispiam accessum habeat cù consanguinea in primo gradu sponsæ propriæ de futuro, contra publicæ honestatis impedimentum, dirimens in eo gradu matrimonium. Quippe id est quoddam coniunctionis genus, & affinitatis, ortum ex consanguinitate. Et huius sententia sunt clarè Abbas c. duo pueri. n. 7. de despos. impu. & ibi Præpos. n. 4. Alex. de Neuo nu. 9. vbi admittit,

esse

esse aliqualem incestum, non tamen propriè. Quia inde non oritur affinitas, & tenet in proprijs terminis, Petrus de Ledesma de matri. q. 55. art. 4. dubio 1. in dubio quod mouet circa solutionem ad. 2. §. nihilominus tamen.

12 Quintò inferitur, habere circumstantiam luxuriae mutantem speciem, ac necessariò fatendam, accessum fidelis cum infideli, aduersus impedimentum dirimens matrimonium ob cultus disparitatem. Quia ratio ob quam Ecclesia id matrimonium dimitit, videlicet, quia cedit in religionis dedecus, si fidelis cù infideli copuletur matrimonio, locum habet in copula illicita, & ideo prohibito matrimonio ceterum specialiter copula illicita prohibita. Adde rationem, quòque esse periculum educationis prolis in infidelitate, & peruersionis coniugis fidelis, quæ pericula in coitu fornicario etiam reperiuntur, vtpote qui vitare carnis efficit, & valde amorem conciliat. Tandem poena peculiaris grauissima huic copulae legibus statuta, argumentum non leue inducit, vt inde illius specialis grauitas colligatur. Nam l. regia. 9. tit. 24. par. 7. imponitur poena mortis Iudæo cum Christiana coeunti. Et l. finali tit. 25. eadem par. imponitur Mauro coeunti cum fidei virgine, vel nupta, vt lapidibus obruatur: & ipsi virgini, vel viduæ accessum Mauri patienti, prima vice, amissio dimidiæ bonorum partis, secunda autem vice, amissio vitæ. Et si accessus fuerit Mauri cum Christiana meretrici, prima vice vterque flagellis, secunda autem, vterque capitis poena punitur. Quod etiam apud Hebræos ita graue facinus reputatum est, vt Phinees zelo Dei motus, interfecerit Iudeum cum aliena sectæ muliere Madianita coeuntem. Num. 25. Rursus in concilio Illiberitano. c. 50. dicitur vt abstineat à communione, fidelis cum iudeis cibum fumens. Si ergo tantum nefas censetur cù illis participare cibum fumendo, quãto grauius censebitur, cù illis carnale commercium habere, ex quo vitæ carnis confurgit? Et pro hac sententia sunt omnes DD. nu. 6. allegati. Quod si queras ad quam speciem accessus hic pertinet? Quauis neminem id experimentum inueniri, existimo ad religionis Christianæ dedecus, & iniuria pertinere, ac proinde sacrilegium esse eam copulam.

13 Imò idem credo de copula fidelis cù hæretica. Quauis enim matrimonium inter hos validum sit: at prohibetur sub mortali, ob dedecus, & iniuriam Christianæ religionis,

& periculum peruersionis catholici, & educationis prolis in hæresi: (vt videbimus in impedimento disparitatis cultus.) Quæ rationes militant suo modo in copula illicita cum hæretico, sicut cum infideli: ac proinde censetur specialiter etiam ea copula prohibita, & pertinebit ad sacrilegium.

14 Sextò inferitur, coitum cum impedimento dirimenti impotentia, vt si frigidus, vel eunuchus coeat, habere circumstantiam diuersæ speciei necessariò consistendam, vt bene docet Enriquez nu. 6. allegatus. Quia ratio prohibitionis matrimonij inter hos, nêpe, importetia generandi, & sic frustratio finis ad quæ natura coitum destinatur, militat etiam in copula illicita. Quare hic coitus reductetur ad peccatum contra naturam.

15 Non tamen in praedictis casibus est alia specialis malitia in copula illicita, distincta ab ea quæ confurgit ex matrimonij prohibitione. Cù nulla alia peculiaris interdictio copulae reperitur, sed tota malitia ex prohibitione matrimonij deducatur. Quare sublata matrimonij prohibitione per dispensationem speciale, vel generalem legè restringentem gradus, cessat malitia copulae: & similiter si Pontifex dispensaret, vt quispiam fidelis iniret matrimonium cù quadam infideli, vel hæretica, copula cum illa ante matrimonium habita, careret circumstantia illa infidelitatis. Vt constat ex adductis, nu. 6. in priori argumento, & duplici ipsius confirmatione, vnde copula tunc in omnibus casibus in quibus cessat matrimonij prohibitio, erit simplex fornicatio.

16 Septimò inferitur, variari speciem fornicationis, si quis post votum simplex, aut solenne castitatis, aut ordinis sacræ, aut cù sit coniugatus, fornicetur in tribus enim primis casibus erit sacrilegium, in vltimo autem, adulterium. Quod ex se manifestum est. At non erit duplex malitia, altera contra votum, aut matrimonij fidem: altera verò, quia contra matrimonij impedimentum. Quia quanuis prohibita copula, in his impedimentis non pendat ex matrimonij prohibitione, ac proinde concessa habenti voti, vel ordinis, dispensatione ad matrimonium solum, non eximeret copula à sacrilegio extra matrimonium habita, vt constat: quia idemet moriuum est vtriusque prohibitionis, nêpe, obseruatio voti, fides matrimonij, inde est vt minimè conlitteratur diuersa malitia ab adulterio & sacrilegio.

17 Octauò inferitur, si quispiam accessum ha-

beat

beat cū raptā cōsentienti, anteq̄ ad locū
tutum restitatur, quāvis matrimonium
validum inter eos consistere nequeat, non
esse circumstantiam mutantem speciem, nec
notabiliter aggravantem, atq; adeo nō esse
opus exprimi in confessione. Quia ratio
quæ Triden. ses. 24. de matrim. c. 6. induxit
ad id matrimonium irritandum, fuit plene
libertas in statu perpetuo desiderata, quæ
minimè in copula militat: & ita ex hoc ca-
pite nulla est specialis prohibitio copulæ,
cōstituens diversam fornicationis speciem.
Quòd si copula illa, vi extorqueatur, erit
distincta luxuriæ species, nepe raptus. At
etiā anteq̄ Tridentinū irritaret matrimo-
nium, ea inerat malitia tali copulæ, & inest
hodie etiam casu quo raptā nō extrahatur
de domo, in quo euentu non est impedi-
mentum matrimonij. Ex quo fit nullam con-
furgere malitiam novam ex talis matrimonij
prohibitione.

18 Tandem inferitur, copulam cum scemina
cū qua nequit validè inire matrimonium,
ratione impedimenti criminis, vt adulterij
cum promissione matrimonij, vel cōtractu
de præfenti, vel homicidio cōiugis (de qua
re in impedimento criminis sermo habebit-

19 tur) nō habere novā circumstantiam expri-
mendam in cōfessione. Quia in copula illi-
cita deficit ratio prohibitionis matrimonij,
nimirū, p̄cna delicti admitti, & ne de-
tur anso capti di morte cōiugis, ad cōtra-
hendū cū adultera. Quid est contra Enri-
quez, cuius sententiam nu. 6. retuli.

Ad argumta nu. 5. proposita respōdetur.
Ad primū dicendū esse definitio-
ni illi fornicationis simplicis, modò non sit
aliquid impedimentū dirimens inter cōiug-
tes, ex quo aliqua specialis malitia deriu-
etur in copulā illicitam: iuxta dicta num. 7.

¶ Ad secundū constat ex dictis nu. 7. ¶ Ad
confirmatōnem constat ex dictis n. 16. ¶ Ad
argumta ru. 6. obiecta, facilis est solutio
ex dictis. Ad primū, & duplicem confirma-
tionem, respondetur per dicta nu. 7. & 15.
& 16. ¶ Ad secundū dic, quāvis ex copula
fornicaria confurgat vitas carnis, sicut ex
matrimoniali: at quia non semper militat
eadem ratio prohibitionis in matrimonio,
& in illa copula, iuxta dicta nu. 7. in de esse
vt ex prohibitione matrimonij non fem-
per deriuetur specialis prohibitio, ac
malitia in copulam forni-
cariam.

DISPUTATIO SEXTA.

Quot sint, & quæ impedimenta dirimentia, & solum impediencia ma-
trimonium: & an convenienter assignentur: & qualiter aliquot ex so-
lūm impediencia in telligantur?

SUMMARIUM.

Proponuntur argumenta suadentia minus
convenienter assignari impedimenta,
nu. 1.

Expedit impedimenta statueri, nu. 2.

Referuntur impedimenta dirimentia, nu. 3.

Traditur ratio convenientis, ac numeri impedi-
mentorū dirimentium, nu. 4.

Quot, & quæ sint impedimenta solum impediencia,
nu. 5.

Qualiter interdicitur Ecclesia impediat: & quis
sit ille qui interdicare potest ad tempus, ma-
trimonium iniri? & quæ sint iustæ causæ? nu. 6.

Sponsalia qualiter aliud matrimonium iniri im-
pediant? nu. 7.

Qualiter baptizatio, vel lenatio proprii filij,
aut alterius coniugis, de fonte, vel sententia in
confirmatōne, impediat? nu. 8.

Quid de presbyteri interfectione? nu. 9.

Quid de solemnī penitentia? nu. 10.

Quid de sanctimonialis ductione? nu. 11.

Quid de proprii filij interfectione? nu. 12.

Soluntur argumenta nu. 13.

Digimus in superioribus disputa-
tionibus de aliquibus præludij
ad omnia impedimenta matrimo-
nij, iam de impis impedimentis
differendum est: primò de impediencia
solum, deinde de dirimentibus. Et videtur
minus convenienter assignari impediencia
matrimonij, quippe est vnicus ex septem
Ecclesie sacramentis; at reliqua nulla im-
pedimenta assignantur. ¶ Secundo quia cū
concupiscentia morbus omnibus commu-
ni sit, medicina à Deo natura instituta,
qualis est matrimonium, nemini interdici
debet.

Cæterum veritas catholica est, expediens
esse vt præter impedimenta iure ipso natu-
ræ matrimonium dirimentia, alia ab Eccle-
sia statuantur. Cōstat, quia Ecclesia multa
impedimenta dirimentia statuit, & cum res
hæc ad fidem & mores pertineat, impium
esset dicere illam errasse. Quare Tridenti-
num Sessio. 24. de matrim. Canon. 4.
anathemate damnat asserentes Ecclesiam in
statuendis impedimentis dirimentibus erras-
se. Deinde, quia in omni rectè administra-
ta republica, expedit maximè leges indici
interdicentes ea quæ rectæ administratio-
ni, ac tranquillitati ipsius aduersantur. Quæ
le esset si matrimonia indebitè celebraren-
tur. Tandem, quia in lege Mosavica ob pu-
blicam utilitatem statuta sunt aliqua impe-
dimenta dirimentia. Vt constat ex Levit. 18.
Deut. 7. Cùm ergo lex illa cessaret, oportuit
Ecclesiam ob eodē fines similia impedi-
menta decernere.

3 Ex his autem impedimentis matrimonij,
quæ iam impediencia tantum appellantur:
quòd matrimonium licet contrahi impe-
diant, ac cōtractū cum illis sit firmum, &
ratum. Alia verò dicuntur dirimentia: non
quasi matrimonium verū dirimant, sed quia
matrimonium de factō, non de iure cū illis
initum, reddant inualidum. Prioris generis
impediencia non aduersantur essentia ma-
trimonij, sed solemnitati, & ornamento ali-
cui accidentario: & ideo illud minimè diri-
munt. Posterioris autem generis, sunt con-
traria ipsi matrimonij essentia, & ideo id
dirimunt. Impedimenta dirimentia ante
iure antiquo sunt duodecim: quibus addi-
di duo alia iure nouo Tridentini statuta;
sunt omnia quatuordecim: quæ his ver-
bis continentur.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,
Sis affinis, si forte coire nequibus,
Si Parochi, & dupliis desit presentia testis,
Raptus, si mulier, nec parti reddita sit.
Hæc socianda verant connubia, facta retrahit.
Tres priores versus ab omnibus Doctori-
bus referuntur: duos sequentes addidi, qui-
bus cōprehenderem duplex impedimentū
dirimens nouissimè statutum in Tridentino
Sess. 24. de matr. c. 1. & 6. prius, quādo clam
celebratur absq; Parochi, & duorum testium
præfentia. De quo latè egimus toto lib. 3.
Posterior, quādo vir mulierem rapuit, &
nō dum in loco tuto, & libero cōstituta est.
De quo impedimento agam, dum de impe-

dimento raptus quod iure antiquo solum
impedebat, sermonem fecero.

4 Numerus autem, & congruentia horum
impedimentorum optimè colligitur à D.
Thoma 4. d. 34. q. vnicā. ar. corpore. Quia
matrimonij impedimenta sumi possunt ex
parte contractus, aut ex parte cōtrahentiū.
Si ex parte contractus, cū liberū consen-
sum desideret, libertati autem opponantur
error, & violentia, cōfurgit ex hoc capite
duplex impedimentum, nimirum, erroris, &
violentiæ. Et ad impedimentum violentiæ
reducitur raptus impedimentum statutum
à Tridentino. Ex parte autem ipsorum cō-
trahentiū potest duplicimodè matrimo-
nium impediri, aut impeditur, aut respectu
certæ personæ. Si simpliciter, id prouenit
ratione impotentia, quæ contingere potest
tripliciter. Primò, quòd nullo modo possit
actus cōiugalis exerceri: & sic statuitur im-
pedimentum impotentia. Secundo, quòd
non liberè possit: & ita ponitur impedi-
mentum conditionis seruilitatis. Tertio, quòd non
licetè possit, aut ex obligatione ministerij
suscepti, & sic ponitur impedimentum ordi-
nis: aut ex obligatione voti emisi, & sic
statuitur impedimentum voti. Si autem im-
peditur matrimonium respectu alicuius per-
sonæ, potest contingere, vel propter obliga-
tionē matrimonij initi cū altera personā: &
sic statuitur impedimentū ligamini: vel quia
deficit proportio debita personæ ad perso-
nā. Et hoc tripliciter, primò, ob personarū
distantiā: & ita statuitur impedimentū dis-
paritatis cultus. Secundo, ob nimiam cōiugitio-
nem: & ita cōfurgunt tria impedimenta, ni-
mirū, cognationis, affinitatis, publicæ ho-
nestatis. Vltimò, ob indebitā cōmunionē
præcedentē matrimonium, habitam inter
ipsos cōtrahentes. Et sic ponitur impedi-
mentū criminis. Rursus ex his impedimentis,
quæ duntaxat de iure naturalia de iure ec-
clesiastico. Alia reddunt personā in habilem ab-
solutè, & proinde respectu cuiuscunq; ma-
trimonij. Vt sunt impotentia, ligamen, ordo,
votū solumne. Alia verò non absolutè, sed
respectu alicuius matrimonij cū certa per-
sona. Hæc sunt, cognatio, affinitas, publica
honestas, cultus disparitas, crimē. Et tandè
alia nec absolutè, nec respectu certæ perso-
næ, sed solum ratione defectus libertatis,
aut solemnitatis necessarii requisitæ, matri-
monium irritant. Hæc sunt, error, conditio,
raptus, defectus Parochi, & testium, violen-
tia. De quibus omnibus sigillatim, in pro-
prijs locis differemus.